

universis ad decus, & augmentum S. R. Imperii
 cujus nobis cura a D. O. M. demandata est, no-
 stræque dignitatis, & officii sollicitudinem in pri-
 mis pertinere arbitramur, ut divorum Principum
 Romanorum Imperatorum, & Regum vestigiis in-
 hærentes, quæ sanctarum Ecclesiarum quietum, &
 tranquillum statum concernunt, quæ que ad con-
 servationem, & tutelam, & patrocinium jurium,
 & libertatem earundem pertinere dignoscuntur inde-
 fesso studio procuremus, & pie concedamus. Qua-
 re quum a nobis submisit petierit Ven. Petrus Vor-
 sius Episcopus Aquensis Princeps, & consiliarius
 noster, ac palatii Apostolici causarum locum tenens
 devotus, ac sincere nobis dilectus, ut sibi, & Ec-
 clesiæ suæ Aquensi privilegia per divos Romano-
 rum Imperatores, & Reges prædecessores nostros
 suis antecessoribus Episcopis, & Ecclesiæ Aquensi
 concessa, & per D. Cæsarem Maximilianum Regem
 Romanorum avum nostrum præclarissimæ memoriæ
 sub suo Regio sigillo, & cum Cæsarei interpositione
 decreti transumpta, de quibus plenaria nobis facta
 fuit fides, necnon omnia, & singula in eisdem
 contenta privilegiis, sive per eos ipsi Episcopo, &
 Ecclesiæ Aquensi concessa, data, collata, confir-
 mata, ac indulta confirmare, approbare, innovare,
 & ratificare, ipsumque Episcopum pro se, & dicta
 sua Ecclesia de eisdem investire de benignitate Im-
 periali dignemur. Quorum privilegiorum, & tran-
 sumpti tenor incipit in hæc verba. In nomine san-
 ctæ, & individuae Trinitatis, Patris, & Filii, &
 Spiritus Sancti. Amen. Maximilianus divina favente
 clementia Romanorum Rex semper augustus, &
 Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiae &c. Rex Archidux
 Austriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiae,
 Stiriae, Carinthiæ, Carniolæ, Limburgi, Lucembur-
 gi, & Gheldriæ, Princeps Sueviæ, Comes, Prin-
 cept Habsburgi, Flandriæ, Tirolis, Feretri, Gori-
 tiæ, Kiburgi, Arthesiæ, & Burgundiæ, Palatinus
 Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Namurci, &
 Zutfanæ, Marchio S. R. I. super Anasum, & Bur-
 gariæ, Langravio Alfatæ, Dominus Frisiæ, Mar-
 chiæ, Sclavoniæ, Portus Maonis, Salinarum, &
 Mechliniæ, universis locis visuris, & audituris sa-
 lutem, & Cæsaream gratiam, & omne bonum.
 Noverint omnes nuper in præsentia nostræ Cæsa-
 reæ Majestatis personaliter comparuisse Ludovicum
 Episcopum Aquensem Principem, & consiliarium
 nostrum devotum, dilectum &c. *Finis vero supra-*
dicti transumpti sic habet; volentes nihilominus, ac
 sub nostræ Cæsareæ indignationis, & arbitrii pœna
 mandantes & præcipientes non minorem huic nostro
 Cæsareo transumpto, quam ipsis originalibus prædi-
 ctorum privilegiorum litteris fidem ubique ab om-
 nibus, & singulis adhiberi. Datum in oppido no-
 stro Insprach die I. octobris, anno Domini MDIII.
 regnorum nostrorum Romani XVIII., Hungariæ
 vero XIV. subscriptum per Regem, & super pli-
 cam sinistri lateris ad mandatum Domini Regis
 proprium Ren. Nos igitur præfati Aquensis Episco-
 pi, Principis, & consilarii nostri tam justis, quam
 devotis supplicationibus benigne assentientes, atten-
 tis ipsius, suorumque antecessorum erga serenissimos
 prædecessores nostros Romanos Imperatores, &

Reges, Nosque, & sacrum Imperium devotione
 meritis, & obsequiis animo deliberato ex certa
 scientia nostra non per errorem improvide, sed
 sano Principum, Comitum, Baronum, Procerum,
 & aliorum nostrorum, & Imperii sacri fidelium
 dilectorum accedente consilio, & de Imperiali
 nostræ potestatis plenitudine prædicta privilegia,
 ac omnia, & singula in eis contenta per præfatos
 divos Imperatores, & Reges Romanorum præde-
 cessores nostros suprascripto Episcopo, ejusque ante-
 cessoribus, & Ecclesiæ Aquensi concessa, data, col-
 lata, confirmata, & indulta in omnibus suis pun-
 ctis, clausulis, articulis, sententiis, & tenoribus
 perinde, ac si de verbo ad verbum hic inserta,
 & specialiter expressa forent confirmavimus, appro-
 bavimus, innovavimus, & ratificavimus, & tenore
 præsentium confirmamus, approbamus, innovamus,
 ratificamus, & imperiali roboris firmitate muni-
 mus, præfatumque Petrum Vorstium Episcopum
 suo, & prædictæ Ecclesiæ suæ Aquensis nomine de
 ipsis investimus decernentes ea omnia, & singula
 tamquam nobis confirmata, approbata, ratificata,
 & innovata in omnibus suis punctis, clausulis, ar-
 ticulis, & partibus rata, grata, valida, firma, &
 perpetua esse cense, & ab omnibus inviolabiliter
 observari debere intra, & extra judicium absque
 omni contradictione, & impedimento suppletentes ex
 prædicta certa scientia, & Imperiali auctoritate no-
 stra, & de potestatis nostra plenitudine omnes, &
 quoscumque defectus tam juris, quam facti, sive
 extrinsecus, sive intrinsecus, qui in præmissis, vel
 obscuritate verborum, vel sententiarum ambiguitate,
 aut debite solemnitatis omissione, vel alias quo-
 quomodo intervenissent, prædictum Episcopum Aquen-
 sem, & ejus Ecclesiam contra quascumque inju-
 stas, & indebitas occupationes, alienationes, distra-
 ctiones, donationes, concessionem, & omnia alia
 inde secuta, pronunciata, scripta, vel facta, ac
 indebitas possessiones, & detentiones in integrum
 restituentes nulla temporis præscriptione, occupatio-
 ne, detentione, alienatione obstante, nec obstan-
 tibus omnibus illis, & quibuscumque, quæ prædi-
 cti prædecessores nostri, & præsertim divus Caro-
 lus IV. in præmissis voluit non obstare, quæ etiam
 res per præfatos ex certa scientia, & Imperiali
 nostra auctoritate non obstare declaramus, & decer-
 nimus, sed eis omnibus quatenus obstant, vel
 obstare possent, expresse derogamus, & derogatum
 esse volumus, etiam si talia essent, de quibus in
 præsentibus litteris nostris deberet fieri mentio spe-
 cialis, & quibus alioquin derogatum non censeretur,
 nisi de ipsis, seu earum toto tenore specialis esset
 facta mentio, quam fieri debere in nonnullis con-
 cessionibus, & privilegiis prædecessorum nostrorum
 certum esse videtur, & præsertim in privilegio D.
 Caroli IV. illustri quondam Joanni Marchioni Mon-
 tisferrati concessa, dato Pisis anno Domini MCC-
 CLV., indictione VIII., VI. idus maii. In præmis-
 sis tamen nostris, & Sacri Imperii, & aliorum juri-
 bus salvis. Nulli ergo hominum omnino liceat hanc
 nostram confirmationem, approbationem, innovationem,
 ratificationem, decretum, investituram, suppletionem,
 derogationem, voluntatis, & gratiæ paginam infringere,